



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quam obligationem Religiosus Societatis in Episcopum assumptus habeat  
audiendi Præpositi Generalis consilium, illudque sequi. Punct. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

dicta consultatio seruanda non sit; at credo seruandam omnino esse, & raro, vel nunquam hoc delictum per consultacionem scitum manifestandum: sic docuit Suarez dicitur. et. n. 29. § 30. Ratio est, quia cuiuslibet religionis vitius, & conuenientius est, ut religiosi intelligent, cum pertinet consilium pro remedio aliquius delicti, secretum sibi esse seruandum, quam nocere possit, quod una, vel alia vice dignitas, & praetatio ambitione obtineatur; quia persuadentes sibi secreterum seruandum esse, ea manifestatione regulariter delicta efficacius, & suauius vitantr, quae lecteta serperent cum maiori religiosi danno. Eaque causa in congregatis. 6. generalis. cap. 12. & de c. 54. vbi de manifestatione delictorum superiori facienda dicitur: intelligi de illis, quae ab aliis, alio notata, & obseruata fuerint, non autem de his, quae ipsam secretu, & confidenti pendunt, gratia, ut dirigitur, vel iuuentur, alteri comunicari.

12. Et ex his solvantur rationes contrariae. Nam prima, & secunda dissolvantur ex probatione nostrae sententiae: non enim hoc secretum ob vitandum damnum delinquunt seruatur, sed ob vitandum commune damnum, quod ex omissione consultationis communis pari potest. Ad tertiam concedo, si probabilitas prelumi posset malicie consilium expostulatum nullam esse obligationem seruandi secretum; quia tunc manifestatio delicti non fieri gratia pendit consilii, sed fallendi, ut bene noraut Suarez tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 6. cap. 10. num. 30. fine. At hic animus colligi non potest, praeceps, ex eo quod consilii datus consulens non acquiscat, cum in consilio petendo poterit recta intentione duci, & postmodum ab ea desistere. Obligatio autem seruandi secretum in consilio petit non ex eventu futuro dependet, sed ex ipsa mea consilii petitione oritur, sive oritur obligatio signilli confessione absolutionem non obimes, nec consilii confessoris acquiscas.

13. Sed inquit: an teneatis, vel possis praemittere fractern correctionem, antequam ambitionem, quam manifestare potes, manifestes? Respondeo: ex obligatione huius voti (de qua est lemma in presenti) nequaquam teneris; quia solum volunti denunciare, non tam denunciationi correctionem praemittere. An autem ex lege charitatis teneatis? Vide dicta tractat. 6. de Charitate, dicitur de correptione fraternali. Regulariter nequaquam teneris etiam ex charitate praemittere correctionem. Tunc quia est delictum cedens in detrimentum communis: tum quia raro per secretam monitionem impeditur, bene tamen per manifestacionem superiori; ut Patri factam, & ita tradit Suarez tom. 4. de Religione, tract. 10. lib. 6. c. 10. numero 32. & 33. Secunda respondeo ex voto te non impediti, quin correctionem fraternali primitas; quia non voulisti denunciare nulla primita correctione. Est enim votum indiscerum, cum causus occurrere posset, qui expediret primiti. Nonque ex eo quod primitas correctionem, & voti executione impeditur: cum possis facta correctione, & delinquere plen non emendato votum excipi; & denunciationem facere. Si autem delinquens ita per correctionem emendarit, ut nulla ex ambitione relinquatur via ad dignitatem obvindam, cestib; obligatio denunciationis ex voto; quia cessat eius materia, quae solum erat delictum praesens falem quod effectum, non praeterventum. Expectare vero materiam mutari omen ex correctione & charitate proximi consentaneum est, nec voto contrarium: sic Suar. dicitur. c. 10. num. 21.

### P Y N C T V M VIII.

Quam obligationem Religiosus Societatis in Episcopum assumptus habeat audiendi Praepositi Generalis consilium, illud que sequi?

### S V M M A R I V M.

1. Explicatur vorum.
2. Finis, ob quem vorum sit, est, ut Episcopus assumptus propria salutis consulat, & recte gerat in administratione munieris sibi impositi.
3. Preponitur materia voti.
4. Generalis Praepositus nullam habet obligationem prater communem charitatis per se, vel per alios hos praetatos monendi.
5. Predicit quinque vota punctis precedentibus explicita simplicita sunt, non solemnia.

1. Vtrum vorum simplex, quo professus Societatis astringetur, ut si forte in Præsidem aliquius Ecclesiæ promovetur, non detracabit consilia Praepositi Generalis, vel ab eo substituti audire, eaque sequi, si meliora, & Deo gratiora iudicauerit. Quid vorum, ut constat ex prima, & tercia Congregatione, sub hac forma ex Constat. 10. part. §. 6. deducta emititur: Insuper promitto si quando acciderit, ut hac ratione in præsidem aliquius Ecclesiæ promoveat, pro cum

quam de animæ meæ salute, ac testa muneric mihi impositi administratione gerere debeo, meo loco, ac numero habendum Praepositum societatis Generalis, ut nunquam consilium audire detrectem, quod vel ipse per se, vel quisvis alius de societate, quem ad id ipse sibi substituerit, date mihi dignatur, consilii vero huiusmodi ita me pacitum semper esse promitto, si ea meliora esse, quam quæ mihi in mente renerint, iudicabo.

2. Finis, ob quem hoc vorum faciendum iniungitur duplex est, ut in supradicta formula insinuatur: primus, ut propriæ saluti consule, secundus, ut recte gerat in administratione munieris sibi impositi, qui fines connexi omnino sunt, & inseparabiles, ut dixit Gregor. cap. mivamus 61. distinct. ibi: integritas praesidentis salus est subditorum. Neque enim quis propriæ saluti consulere potest, quin in muneric sibi commissi administratione recte se gerat. Ad consequendos ergo praedictos fines convenientissimum fuit huiusmodi vorum. Constitutis enim in loco sublimiori expedit maximè amicum habere fidem, qui nullo falso colore veritatem detegat, & manifestet quid faciendum sit, quidve commitendum, ut latius colligitur ex Clemente Papa, epistol. 3. & restatur cap. fin. 32. distinct. & ex Gregor. lib. 11. epist. 29. relatio in cap. personis. 64. distinct. & D. Chrysostom. lib. 3. de Sacerdotiis. & August. epist. 75. ad Aurelium, & Bernard. epistol. 8. & alibi bapstism. Ob hanc causam fit vorum audiendi consilium, quod Generalis, vel ab eo designatus dare dignabitur. Insuper constitutus in dignitate non leue percutiunt: est delictu[m] à i[n] virtutis, & perfictionis, quia honestus passim mores mantuant & diuinis & voluntatibus voluntas in malum inficiunt, tametsi intellectus quod melius, & honestus est agnoscat, ea de causa ut in bono firmeat, & quod honestus fuit exquiratur vorum emitunt sequendi ea consilia: quæ meliora esse iudicauerit.

3. Materia, quam obligatio huius voti respicit duplex est: prima non detractre consilium Generalis, vel alterius è locis: cetera ab eo substituti audire de rebus ad propriam animæ salutem, & rectam officij administrationem pertinentibus. Non est vorum de audiendi consilii circa reum temporalium administrationem, circa gubernationem domus, circa studia, circa speciales occupationes, & alia similia, nisi in iis exercitatis tantum deordinatio sit, ut propriæ animæ salutis grauiter expedite iudicetur remedium adhiberi. Ex quo fit aduersus huiusmodi vorum te delinqueret, si consilium de rebus ad propriam animæ salutem, rectamque officij administrationem noverit audire, vel ita accipere, & indigneantur audias, ut prudentius iudicetur Generalis à simili consilio dando forte ut abstineat: hoc enim facto virtualiter dicis te non esse consilium audire. Ergo cum ad illud audiendum paratus es debes ex voto, manifeste aduersus illud delinquer, Suarez tom. 4. derelig. radat. 10. lib. 6. cap. 9. num. 8. Secunda materia huius voti est exercitio illorum consiliorum, quæ meliora, & Deo gratiora esse iudicaueris. Non vides sequi consilium Generalis, etiam si honestum sit, quia id esset tacere, & virtualiter obedientiam Generali vovere, quod dignitati Episcopali non expediret, sed vides illud sequi, catu quo' iudices melius, & honestius esse, quam quod tibi mentem venerit. Quod non est vobis obedientiam Generalis consilio, sed Deo in exequendo consilio Generali meliori & honestiori, quod optimè S. Ignat. adiuvat dicto loco constituta. 10. part. §. 6. is verbis: Promitor, quod si quando dicto modo compulsi prælationem aliquam ex tua societate admittere, audierit postea quois tempore Praepositi Generalis, qui pro tempore fuerit consilium, vel alius, quem ille sibi ad hoc substituerit, quodque si senserit melius esse quod consulitur, si illud exerciturus: non quod habeat qui prælatus est aliquem de Societate superiori loco, sed quod sponte in Dei conspectu vult ad faciendum obligari, quod ad diuinum obsequium melius esse intellexerit, quodque placeat esse aliquem qui sibi cum charitate, ac liberate christiana ad gloriam Dei, & Domini nostri id proponat. Hec S. Ignatius.

4. Generalis autem Praepositus nullam habet obligationem patrere communem charitatis monendi per se, vel per alium hos praetatos: quia nec eam obligationem habet ex voto, ut te de consti, neque ex constitutionibus: immo prius 10. part. constitut. §. 6. in declar. ab ea obligatione eximunt: is verbis: Non tamen obligatur societas ad hoc munus suscipiendum, quod docunt: alii ex ea Episcopatus ester admittendus, immo liberta manet, ut id oneris & relinqueret, & assumere possit, ubi multum referat Dei obsequium iudicaret. Noranda sunt haec ultima verba; denovant enim hoc officium non passim alsumendum esse, sed raro, & quando ad Dei obsequium plurimum iudicetur expedire, & tunc est cum libertate christiana debita tamen submissione, & religiosa humilitate suscipiendum est, ne optato effectu consilium caret: Suar. 10. 4. derelig. tract. 10. lib. 6. c. 9. n. 9.

5. Ultimo placet aduertere praedicta quinque vota his precedentibus punctis explicata simplicita esse, non solemnia, sicut

## DE ASTRO PALATI TOMUS II.

sicut deinceps expresse prima congregatio generalis, decreto 9.  
alias 102. & congreg. 1. de covo 34. & Greg. XIII. in Bulla  
Ascendente Domino, & sub hac intentione emittuntur, & aces-  
cipantur. Ratio autem quare simplicia, sunt & non solemnia,  
principia est, qui non sunt à Pontifice, ut solemnia statuta  
cum enim votorum solemnitatis ex sola dispositione Pontificis  
est possit. Pontifex autem nullam his votis solemnitatem  
induxit, nullam solemnitatem habere possit, sed necessariò  
erunt simplicia, & ad hoc indicandum non emittuntur. Hac  
vota simili cum votis, sed paulo post, neque in Ecclesia,  
sed in Sacra Scriptura, & minori cum solemnitate. Quod contra acci-  
dit voto solemni obediendi Pontifici in missioneibus, quod  
in ipso acto professionis, & non tanquam accessorium, sed tan-  
quam eam professionem constitutus emittitur. Quod si toges,  
quare simili obediencia hæc solemnitatis est, non autem  
his votis respondet, quia voto obediencia se tradit professus  
in potestatem Pontificis ad missiones Ecclesie, sedique Apo-  
stolice maxime vires exercendas, expeditum fuit solemnitatem  
illius voto, ut pro excellentissimo concedere. At his votis  
non tam se tradit professus religioni, ut in eius utilitatem ali-  
quam actionem exercet, quam ut ab actionibus prauis, & reli-  
gioni nocui abstineat, eaque de causa in sua natura simplici  
religia sunt; & in sustinet Suar. latius probans t. 4. de religi-  
onis. 10. lib. 6. c. 11. per totum.

## P N C T V M I X.

Expeduntur præcepta, quibus omnes religiosi  
Societatis astringuntur.

## S V M M A R I V M .

- 1. Præcepta tum à Preposito Generali, tum à congregatione generali statuta non expirant morte Generalis statuentur, sed omnem suam vim, & obligationem restituunt, quoque à successore reuocentur.
- 2. Primum præceptum est, ne villus è Societate tractet directè, vel indirectè de genere illius, de quo post vota benni emissa suscipio est ex genere Iudeorum, & Saracenorū descendere. Et proponit obiectio.
- 3. Afferitur præceptum iustissimum, & sanctissimum esse. Et obiectio fit satis.
- 4. Secundum præceptum est, ne villus è Societate se ingeneret in procuranda aliqui cathedrali, seu canonica, neque ad hunc finem oppositores inuenit. Et explicatur præceptum.
- 5. Tertium est, ne villus è Societate Patribus Dominici, an opiniōnem illam posse per epistolam confessum fieri. Et Absolutionem impetrari attribuat. Et explicatur finis & materia.
- 6. Quartum est, sub pena priuationis vocis actiua, & paucis, ne villus ex nostris denigret religionem, doctrinam, & sanctitatem Dominicanorum Patrum, & explicatur præceptum.
- 7. Quintum est, ubi pluribus patribus, ne villus è Societate quo modo sibi placere significet, diximus illam, aut secundum in illam confidimus cuicunque deo, scilicet in venera exiguam aliquam delegationem deliberatae qualiam propter levitatem materia excusari a peccato mortali.
- 8. Explicatur, qualiter predicta doctrina præcepto prohibita sit.
- 9. Sextum præceptum est sub excommunicationis pena, ne villus è Societate publicè aut priuatum doceat licetum esse cuicunque persona quoque præfatu rymidis Reges aut Principes occidere, seu mortem eis machinari. Et explicatur præceptum.
- 10. Septimum est sub pluribus penas, ne quispiam pulchritudinem faculari principum negotiis, se immiscetur aut etiā rogatus, vel requisitus cura res politicas tractandi sibi. Et explicatur finis & materia præcepti.
- 11. Octimum est, ut Preposito Generali fideliter deforant tam autores, quam complices, quo deprehendebant aliquid machinari, aut machinatos suisse contra Societatem institutum.
- 12. Nonnum est sub iusta excommunicationis lata sententia aduersus eos, qui per se vel per alios officium Qualificatoris S. Inquisitionis presumserint procurare, vel ambire.
- 13. Decimum est, sub pena excommunicationis Provinciali referuate in illos, qui inconsulto Provinciali extero de dimissione sua in concilium adiubent, & in illos, qui exterritorum auxilio ad dimissionem a superioribus obtinendam utuntur, & explicatur finis, & materia præcepti.
- 14. Ultimum præceptum est, sub pena excommunicationis lata sententia, ut omnes, qui sciunt aliquem munus Propositi Generalis affectasse, manifestent vicario, vel alii ex antiquioribus professis.

Ferd. à Castro. Sum. Mot. Pars III.

1. Vlta votorum obligationem sub aliqua præcepta tum à Preposito Generali, tum à congregatione generali statuta, quæ omnes Religiosos societatis astringunt, quorum explicacionem breviter percurram, ne hinc ope aliquid desit. Et ante omnia vt indubitatum præmitendum est, supradicta mandata non expirant morte generalis statuentis, sed omnem suam vim, & obligationem retinent, quoque à successore reuocentur: sic enim dehinc Congregatio 4. generalis, decreto 1. & can. 23. ibi: similiter mandata, & ordinaciones quæcumque (exceptis illis quæ designationes admittendorum ad professionem sunt, &c.) non expirant per obitum generalis mandantis, & ordinantis, sed robusti suum obtinere, & executioni mandanda, si nondum sufficiunt mandata, donec successor eius alia statuerit. Idem tradidit Congregat. 7. generalis, de c. 67. & c. 10. ibidem vero rogatum est, san de mortui Generalis ordinatione (a fortiori mandata) responsa ad provincias, priuilegiorum communicationes, particulates concessiones, & id genus alia etiam cum assilientibus tractata, sed à Generali congregatione non approbatam vim suam obtincent mortui Generali? An vero illarum obligatio, aut concessio cum illius morte expirent? Conseruit congregatio eandem vim habere, quam viuo generali habebant, donec à successore reuocentur. Quapropter eis commune, & in Theologia receperunt fit prælati mortuo prelato non obligare; quia in hoc à lege, & constitutione, quæ perpetua est, distinguuntur; at societas præcepta Generalia, & obligationem legi tribuit, quælibet à successore fuerint reuocata.

2. Primum præceptum, quod communiter circumferitur latum à Claudio Aquaniua Preposito Generali est, ne villus è Societate tractet directè, vel indirectè de genere illius, de quo post vota benni emissa suscipio est ex genere Iudeorum, & Saracenorū descendere. Quod si forte ab illo inquisitione cognoverit errorem suum communum in eo in societatem admittendo, codem præcepto obligatur, ne dicte, vel indicet de ea materia tractet. Alicui videri posset hoc præceptum rationabile non esse. Nam cum in congregat. 5. generali, decreto 41. excludantur à societate, qui non Christiani vocatione, ex progenitoribus Iudeis, & Saracenes deludentes, caueaturque si post emissa vota hoc impedimentum ante professionem detegatur esse à societate excludendos; & hoc decretum omnibus manifestatur, potius videbatur conueniens, si suspcionem haberes aliquem cum supradicto impedimentoo esse in societatem ingressum, veritatem inquietes & cognita veritate manifestates, ne societas præiudicium habetur rei nensis in se religiosos tuos ministerios inepros. Non igitur conueniens fuit hanc inquisitionem prohibere, & hunc tractatum excludere.

3. Ceterum tenendum est tanquam omnino certum iustissime, & sanctissime supradicta prohiberi. Quod aperiens constat, si aduersus quid tibi hoc præcepto prohibetur. Prohiberis namq; eo suspcionem, impedimenti concepti inquisitionem illius facete non solum authenticam, sed familiarem per colloquia, & conuersationes, cōmunes, & metito huius inquisitionis prohibitory statuta est, quia est virtualis, in formulis proximi infamatio, & à legitima possessione, quæ habet vivendum in societate deturabitur. Quod si tibi de impedimento clarae confit, prohibebitis, ne illud euulges, neve de illo sermonem misceas, quia hæc conuersatio nullus est utilitatis, sed potius charitatis scindit, & concordiam tollit, & infamiam pertulat. Ex quibus manefite constat prædictissime hoc præceptum latu est. Neque ratio in concitatum oblitus. Fatoe namq; ut per errore admisum detecto errore ante professionem à societate consulito generali esse excludendum, ad cuius effectum censio non prohibebit supradictum præceptum Generali Præpositum, penes quem est dimissio potest, tertiorum fieri de impedimentoo predicto, ut quod in domino magis expedite iudicauerit, decernat. Manifestatio enim huius impedimenti non comparatione Generalis, sed comparatione aliorum à Generali, & maximè per modum conuerteris prohibetur.

4. Secundum præceptum à Claudio Aquaniua Preposito Generali latum est, ne villus è Societate se ingeneret in procuranda aliqui cathedrali, seu canonica, neq; ad hunc finem oppositores inuenit. Quod præceptum per P. N. Murium Vitellcam censetur est: subdidi tamen per hos non excludi, quin si aliquis in confessione, vel extra concilium peras, cuicunque ex oppositoribus suffragium debeat concedere, poslit religiosus Societatis in foro conscientie ci veritatem aperire: loquitur præceptum de favore praeditando in cathedrali, seu canonica, in qua varij competitores concurrunt. Praestare namq; favorem in cathedrali, seu canonica nullo concursu prouidendis non prohibetur in præsentis, ut manifeste constat, tum ex verbis Claudi, ibi oppositores inuenit: cum ex limitatione P. N. Murij ibi: cuicunque ex oppositoribus. Supponunt ergo adesse oppositores. Quocicat si procures, ut cathedrali, vel canonica alias per oppositionem prouidenda aliqui concederetur absq; villo concursu, & oppositione, ne quaquam aduersus hoc præceptum delinqueret. Quod præceptum prudenter sanè statutum est, ne vni fauendo alios offendas.

A a 3 Nam